



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

XI priores dies complectens

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1863

De S. Nilammone Recluso Geris In Ægypto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72708)

EX MSS.

Supra prunas et testas volutatur.

Orans mortur.

g

Christus, qui super omnia potens est, ipse me sanavit. Ait Præses : Adhuc insanis, et Christum nominare non times? Beatissima martyr dixit: Ego labiis et corde profiteor Christum semper esse filium Dei vivi, eumque invocare non cesso: neque enim timeo. Tunc jussit tyrannus acutissimas testas expandi, et prunas immitti, ac Virginis corpus desuper volutari. Et cum supra prunas volveretur, ejus animi calor invictus Domini memor semper factus est. Unde etiam expansis manibus ad Dominum oravit dicens: Domine Jesu Christe, qui me in ergastulo positam ferrea vincula vincere fecisti, et ignem corpori meo illatum adinstar roris suavem reddidisti; te deprecor, ut animam meam nunc suscipias; quia jam tempus est ut dimittas spiritum meum in pace. Quibus dictis, anima cælum petiit *g* vi Nonas Martii, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in secula sæculorum. Amen.

a Arbitror hic Augustam Suessionum intelligi, vulgo Soissons.
 b Petrus de Natali, ait in equiteo suspensam.
 c Vidula, sive Yela, oritur e fonte sito supra vicum Summa-velæ; quod Fontem Velæ veteri lingua Campaniensi significat, ut notat Massonus. Remos aliiu Vidula, tum Fimas ac Brannacum, deinde Axonæ miscetur e regione Condeci vicii.
 d Angelum fuisse, significat Flodoardus.
 e Vincent. miro modo confectum.
 f Agones MM. eligam.

g Ita ms. Belfortii. Nulla illius eo die meminere Martyrologia: quædam Translationem referunt v Non. ut in Praef. mun. 2, dicitur Vincent. Mombrit. Agones hic habent vii Id. Januariarum.

DE SANCTÆ MACRÆ
 TRANSLATIONE

Ex eodem ms.

Corpus ejus revelatur.

Per idem vero tempus, cum adhuc Christiana religio modica haberetur, ab incuriosis corpus ejus non curiose tractatum est. Tumulatum est autem illud haud procul a loco, ubi martyrii palmam acceperat.

Porro multa post curricula annorum cuidam bubulco, a Lendulpho nomine, locus, quo beatissima Virgo condita erat, juxta quamdam ecclesiam in honorem B. Martini constructam, per visionem ostensus est: in quo etiam visu ille est admonitus, ut corpus sacratissimæ Virginis intra præfatam ecclesiam terræ honorificentius commendaret; et dicebat, quatenus incolis ejusdem loci innotesceret. Quod postmodum a prudentissimis et Deo amabilibus viris magno cum decore peractum est: et quamdiu in ea venerabile corpus requievit, insignia miracula per sanctæ Virginis intercessionem patrata sunt; cæcis, claudis, surdis plenam Domino largiente perfectionem et sanitatem.

8 Denique cum ab origine protoplasti non defuerint, qui vineam Domini solerti cura excolerent, ita ut jam eminentes palmites longe lateque diffusi crebrescerent; extitit vir quidam venerabilis, b Dangulfus nomine, cui merito laus ab hominibus et merces a Deo rependitur, cum præsertim sacrarum ædium strenuus cultor et conditor haberetur. Is ob amorem et honorem factoris sui, domum ei miro splendore fundavit: in quam sacratissimæ Virginis Macræ corpus, de ecclesiola, ubi primum fuerat collocatum, ab eodem viro Dei gloriose perlatum est e iii Kalendas Junii, regnante excellentissimo Imperatore summo orthodoxo d Carolo. Ubi non minima, ut superius relatum est, patrantur miracula, ad laudem Domini nostri Jesu Christi, qui vivit et regnat in sempiterna sæcula sæculorum. Amen. e

a Vincent. et Petr. de Natal. Leuduipho. Sauss. Landuipho.
 b Colvercius in Flodoardo legit Dangulfus.
 c Agones MM. et Mombrit. iv Kal. Neutro die meminere S. Macræ Martyrologia.
 d Flodoardus indicat sub Carolo Magno id accidisse.
 e Addit Flodoard. Quam nuper ecclesiam, tempore scilicet persecutionis Hungaricæ, lidem Barbari succendere cupientes, acervos quosdam frugum magnos, qui parieti ejusdem adhererant, incendunt: exustisque segetibus, flamma licet ecclesiæ tecta lambente, eandem tamen accendere nequiverunt.

DE S. NILAMMONE RECLUSO GERIS

IN ÆGYPTO.

AN. CHR. CDIV. VI JANUARI.

Gera urbs.

S. Nilammon Reclusus.

a

b Eligitur Episcopus.

Errum urbs est Ægypti, apud Ptolemaeum Tab. 3, Africa, ultra Pelasium versus Palestinam. Adipson vocari Plinius tradit lib. 6, cap. 29. Geras, Γερα, appellant Sozomenus et Nicephorus, alii Gera. In ejus ruinis Maseli vicum ignobilem extare quidam conjiciunt. Urbs olim Episcopalis fuit.

2 Hic S. Nilammon Reclusus vitam sanctissimam egit, sibi imponendum et populi suffragiis et Patriarchæ Alexandrini auctoritate, Antistitii onus, morte divinitus impetrata, declinavit. De quo Romanam Martyrologium vi Januarii: Geris in Ægypto S. Nilammonis Reclusi, qui dum ad Episcopatum traheretur invitus, in oratione spiritum Deo reddidit. Rem gestam ita commemorat Sozomenus lib. 8, cap. 19.

3 Theophilus (Patriarcha Alexandrinus, acerrimus S. Joannis Chrysostomi adversarius, ut in ejus vita xxvii Januarii dicemus.) statim nihil cunctatus, quamquam jam hyems ingrueret, fugiens una cum a Isacio monacho Alexandriam abnavigavit. Sed cum tempestas maris urgeret, appulit Geras, quæ civitas est pusilla, plus minus quinquaginta stadiis a b Pelusio distans. Hujus urbis Episcopo tum vita defuncto, cives, ut accepi, elegerant Ecclesiæ suæ Antistitem Nilammonem, virum bonum, et qui ad monasticæ vitæ fastigium conscendisset. Is habitabat ante civitatem in domuncula, in quam se ipse concluderat, janua

lapidibus obturata, eo proposito ut Sacerdotium aversaretur.

4 Theophilus itaque veniens, hortabatur ut ordinationem a se oblatam acciperet. Apud quem ille, quamvis frequenter se excusans, nihil obtinuit. Tandem instanti: Cras, inquit, ita facias, o Pater, si placet, ut ego hodie res meas antea disponam. At cum Theophilus postridie ex conducto venisset, atque eum fores aperire jussisset: Age vero, inquit Nilammon, oremus primum. Quo laudato, Theophilus quidem oravit, sed Nilammon inter orandum hanc vitam reliquit. Hoc autem et Theophilo primum, et iis etiam qui una cum illo foris stabant, ignotum erat: verum cum paulatim tereretur dies, quia sæpenumero intentius evocantes non audiret, dejectis, qui ad januam erant, lapidibus, reperirent hominem mortuum. Involutum igitur quibus oportebat, publica sepultura dignati sunt: actemplum etiam supra illius sepulchrum indigenæ construxerunt, et summa cum solemnitate e adhuc diem mortis ejus celebrant. Ac Nilammon quidem ad hunc modum mortuus est: si tamen mortem dicere oportet, quam ille subire maluit, quam Episcopatum suscipere, quo se indignum esse ob ingenii modestiam censuit. Hæc Sozomenus.

Eadem habet Nicephorus lib. 13, cap. 17, atque ex Sozomeno Baronius Tomo 3 Annal. anno 403, num. 32.

a Isaac hic monachus, Presbyter fuit S. Joannis Chrysostomi, ejusque

a

Elevatur, et claret miraculis.

b

Ædificatur ei templum:

in illud transfertur.

c

d

e

Orans mortur.

Colitur a suis civibus.

ejusque adversarius, ut ex *Palladio* docet *Baronius* tom. 5 *Annal.* an. 403, num. 14, ubi *Acta* recenset *Pseudosynodi* ad *Quercum*.
 b *Pelusium* urbs *Aegypti* celebris fuit, unde *Oriente Nili* ostium *Pelusiacum* dicitur. *Plura* de hac urbe iv *Februarii* ad *vita* in *S. Isidori Pelusiotae*.

c *Imo Nicephorus* ad suam usque aetatem diem ejus festum peragi solitum tradit: quo magis miror abesse ejus a *Gracorum* fastis nomen.

EX VARIIS.

DE S. MELANIO RHEDONENSI EPISC.

POST AN. CH.
 DXXX,
 VI JANUARIJ.

S. Melanii natalis vi Janu.

Festum vi
 Novembr.

Alibi xii No-
 venbr.

Civitas Rhedonum, *Ptolemaeo* *Condante* dicta, ut *vir* eruditus placet, vulgo *Rennes*, una est e *praecipuis* *Britanniae Gallicanae*, ad *Vicononiam* *Namen*. *Episcopatu* jam olim insignis, ut ex *Notitia* *provinciarum Galliae* constat. *Hic Antistes* initio *sexti saeculi* *S. Melanii* fuit. *Ejus natalis* vi *Januarii* ita celebratur a *Martyrologio Romano*: *Rhedonis* in *Gallia* *S. Melanii* *Episcopi* et *Confessoris*, qui post *innumerabilia* *signa* *virtutum*, *jugiter caelo* *intensus*, *gloriosus* *migravit* a *saeculo*. *Eadem fere* *Usuardus* et *Bellinus de Padua*. *Meminere* *ejus Maurolycus*, *Galesinius*, *ms. Florarium*, *Ghinius*, *Martyrol. Germanicum*, et *plurima* *ms.* *nominatim* *vetustissimum* a *Laurentio monacho Epternacensi* *descriptum*, quod *S. Hieronymi* *praefert nomen*, et *ea* *ratione* *illud* *passim* *citamus*, *licet* *auctum* *sit* *multis Hieronymo* *juniorum* *Sanctorum* *adjectis* *nominibus*, *ut* *vel* *hinc* *patet*, *id* *vero* *ita* *habet*: *In* *civitate* *Redonensi* *natalis* *S. Melanii* *Episcopi*. *B. Notherus* *hoc* *die*: *Redonis* *nativitas*, et *ordinatio*, ac *transitus* *S. Melanii* *Episcopi* et *Confessoris*: *ejus* *corpori* *superposita*, *in* *mediis* *ignibus* *illusa* *reperta* *est* *palla*.

2 *Etsi* *vero* *vi* *Januarii* *mortuus* *feratur*; *tamen* *non* *eo* *die*, *sed* *vi* *Novemb.* *in* *Rhedonensi* *diocesi* *colitur*, *ob* *factam* *eo* *die* *Translationem*, *ut* *volunt* *Franciscus Lanovius*, *Augustinus Pazius*, et *Claudius Robertus*. *Translationis* *tamen* *in* *officio* *diei* *nulla* *fit* *mentio*. *Et* *sane* *Appendix* *Adonis* a *Rosweydo* *Nostro* *edita* *viii* *Id. Novembr.* *ista* *habet*: *In* *civitate* *Regidonas* *depositio* *S. Melanii* *Episcopi* et *Confessoris*. *Eadem* *ms.* *monasterii* *S. Laurentii* *Leodii*, *Ecclesiae* *S. Lamberti* *ibidem*, *monasterii* *S. Martini* *Tornaci*, *Laetiense*, *Ecclesiae* *S. Gudilae* *Bruzellis*, *Florarium*; *sed* *pro* *Regidonas*, *fere* *Redonas*, *aut* *Redonis*, *habet*: *Bellinus* *de* *Padua*, et *Usuardi* *Martyrologium* *Lubece* *editum*, *nulla* *aut* *depositionis* *aut* *Translationis* *facta* *mentionem*: *Redonis* *S. Melanii* *Confessoris*. *Viola* *SS. Hagena* *excusa*: *Item* *Redonis* *S. Melanii* *Confessoris*. *ms. monasterii* *S. Martini* *Treviris*: *In* *Gallia* *Melani* *Episcopi* *Confessoris*. *Carthusiani* *Colonienses* *in* *Addit. ad* *Usuardum*: *Secundum* *aliquos* *hic* *Melani* *Episcopi* *Redonensis*, *quem* *Usuardus* *habet* *supra* *viii* *Id. Januarii*, *Ado* *n* *Id. Novembris*. *Eadem* *fere* *monet* *Martyrologium* *Germanicum*, et *Ferrarius*.

3 *ms. Martyrologium* *ante* *citatum*, quod *S. Hieronymi* *vocamus*, *iterum* *vi* *Novembris*: *Redonis* *civitate* *Galliae* *depositio* *Menelai* *Episcopi*. *Maurolycus* *quoque* *utroque* *die* *eum* *refert*, *sed* *videtur* *diversum* *existimasse*. *Nam* *vi* *Januarii*, *Redonis*, *inquit*, *S. Melanii* *Episcopi* et *Confessoris*, *tempore* *Clodovaei* *Regis*, *at* *vi* *Novembris*: *Apud* *Rutenos* *S. Melanii* *Confessoris*. *Ast* *alia* *est* *Rhedonum* *civitas* *in* *provincia* *Lugdunensi* *iii*, *alia* *Rutenorum* *in* *Aquitania* *i*, *Segodunum* *dicta* *Ptolemaeo*, *vulgo* *Rodes*.

4 *xii* *Novembris* *S. Melaniam* *refert* *Ado*, *fortassis* *quod* *in* *Ecclesia* *Viennensi* *eo* *die* *coleretur*: *Eodem* *die*, *inquit*, *S. Melanii* *Redonicae* (*ms.* *Lobiense*, *Petri* *Scriviarii*, *S. Laurentii* *Leodii*, *Redonicae*) *civitatis* *Episcopi*: *qui* *post* *innumerabilia* *signa* *virtutum*, *jugiter* *intensus* *caelo*, *emigravit* a *saeculo*. *Eadem* *habet* *ms. Florarium* *SS.* *Eadem* *fere* *ms. monasterii* *S. Richarii*, *Beda* *preferens* *nomen*. *At* *Beda* *vulgatus*, *eo* *die*: *Item* *S. Melanii* *Redonicae* *civitatis* *Episcopi*. *Maurolycus* *iterum* *illum* *hic* *Aquitanis* *adscribit*. *Ru-*

tenis, *inquit*, *S. Melanii* *Præsulis*. *Colitur* *eo* *die* *Coresopiti* *in* *Britannia* *inferiore*, *ut* *ex* *illius* *Ecclesiae* *Breviario* *liquet*.

5 *xii* *Octobris* *S. Melaniam* *Episcopum* *Confessorem* *exhibet* *ms. Martyrologium* *Carthusiae* *Ultrajectinae*. *Confessorem* *solum* *vocant* *Carthusiani* *Coloniens.* *in* *Addit. ad* *Usuardum*. *At* *distincte* *ms. Florarium*: *Redonis* *civitate* *S. Melanii* *Confessoris*. *Aliqua* *fortassis* *eo* *die* *facta* *Reliquiarum* *ejus* *translatio*. *Certe* *Argentraus* *Hist. Britan.* *lib. 4*, *cap. 16*, *tradit* *anno* *Christi* *mcccxxxi*, *ab* *Archiepiscopo* *Turonensi* *ad* *Prulliacum* *castrum*, *vulgo* *Preully*, *diocesis* *Turonensis*, *S. Melanii* *corpus* *esse* *translatum*. *Est* *Prulliacum* *Baroniae* *titulo* *insigne* *oppidum*, *ad* *Clayam* *fluvium*; *ubi* *Ordinis* *Benedictini* *caenobium* *S. Petro* *dicatum*, *ut* *testis* *est* *Claudius* *Robertus*. *Si* *haec* *celebratur* *translatio*, *non* *saltem* *vi* *aut* *xii* *Novembris*; *nam* *quae* *citavimus* *Martyrologia*, *iis* *diebus* *consignantia* *S. Melanii* *memoriam*, *ea* *hac* *translationem* *antiquiora* *sunt*.

6 *Vitam* *S. Melanii* *a* *coetaneo* *auctore*, *ut* *Tom. 1* *Vita et miracula* *Rerum Francie*. *Du-Chesnius* *censet*, *conscriptam*, *ex* *veteri* *ms.* *mih* *transmisit* *eruditissimus* *atque* *humanissimus* *Jacobus* *Sirmondus* *Noster*: *ejusdem* *aliud* *exemplar* *e* *Britannia* *nactus* *sum* *opera* *Jacobi* *Bernardi* *Nostri*; *utrumque* *cum* *ms. codice* *S. Mariae* *de* *Ripatorio* *et* *Breviario* *Ecclesiae* *Coresopitensis*, *contuli*. *Priores* *duo* *codices* *vite* *addita* *habebant* *sequentia*, *quae* *et* *nos* *hic* *damus*; *S. Gregorii* *Turonensis* *libri* *de* *Gloria* *Confess.* *caput* *33*. *Miracula* *in* *Cenomanis* *patrata*, *auctore* *Gervasio* *Archiepiscopo* *Remensi*: *Miraculum* *apud* *Rhedonas* *factum*, *descriptumque* *ab* *Anonymo* *monasterii* *S. Melanii*, *ut* *apparet*, *monacho*. *Ejusdem* *sancti* *Antistitis* *vitam* *Galliae* *edidit* *Paschalis* *Robinius*, *e* *pluribus* *verum* *sacrarum* *Scriptoribus*, *Legendariis*, *Conciliis*, *Annalibus* *Francicis*, *Britannicis*, *Andegavensibus*, ac

Breviario *Ecclesiae* *Rhedonensis*, *collectam*. *Tradit* *vero* *inter* *alia*, *anno* *vcccclm*, *cum* *Nannetas* *populati* *essent* *Normanni*, *S. Melanii* *corpus* *Bituricam* *fuisse* *deportatum*. *Franciscus* *Lanovius* *in* *Syntagmate* *historico* *de* *Sanctis* *Franciae* *Cancellariis*, *primo* *loco* *S. Melaniam* *recenset*, *vitamque* *ejus* *a* *Cornelio* *Grasio* *Carthusiano* *scriptam*, *Notis* *illustrat*. *Agit* *de* *S. Melanio* *Vincentius* *Bellovac.* *Spec. hist.* *lib. 21*, *cap. 23* et *24*. *Petrus* *de* *Natalib.* *lib. 2*, *cap. 49*. *Antonius* *Demochares* *de* *divino* *Missa* *sacrificio* *cap. 23*. *Augustinus* *Pazius* *in* *Catalogo* *Episcoporum* *Britanniae*, *Claudius* *Robertus*, *Baronius* *Tom. 6* *Annal.* *ad* *annum* *vii*, *nu. 23*. *Joannes* *Chenu*, *qui* *nescio* *unde* *acceperit*, *quod* *scribit*, *Clodovaeum* *ab* *eo* *Christianam* *religionem* *edoctum*, *priusquam* *a* *S. Remigio* *baptizaretur*. *Idem* *post* *Chenu* *scripsit* *Andreas* *Saussayus* *in* *Martyrologio* *Gallicano*.

7 *Edificatum* *est* *in* *suburbio* *Rhedonensi* *a* *Salomone* *II*, *Monasterium* *Sancti* *Melanii* *Rege* *Britanniae* *monasterium*, *et* *S. Melanii* *nomini* *dicatum*, *ut* *testatur* *Bertrandus* *Argentraus* *Hist. Britan.* *lib. 1*, *cap. 30*. *Id* *perperam* *in* *Placio* *fundo* *patero* *S. Melanii* *situm* *scribit* *Cl. Robertus*. *Nam* *ex* *vita* *patet*, *Placium*, *aut* *Placionem*, *ubi* *aliud* *ipse* *Melaniam* *caenobium* *suis* *manibus* *construxit*, *in* *Venetensi* *esse* *diocesi*, *proculque* *distare* *ab* *urbe* *Rhedonum*. *Rectius* *conjectit* *Lanovius* *eo* *loco* *S. Melanii* *constructum* *esse* *caenobium*, *ubi* *ipsius* *olim* *sepulchrum* *insigni* *ornatum* *fuerat* *basilica*, *de* *cujus* *conflagratione* *infra* *ex* *S. Gregorio* *Turonensi* *dicemus*.

8 *Melanum* *indigenae* *appellant*, *ut* *ait* *Robinius*, *pro* *Melanio*

El xi Octob.

Translatio corporis.

Vita et miracula.

Alia translatio.

Monasterium Sancti Melanii.